



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo de extruendo templo, tum ad orientis praefectos, tum ad
Macarium episcopum literas miserit. Cap. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

altitudinem defossum (quippe impura dæmonum contagione infectum erat) foras procul cum ipso aggere exportaretur.

Sepulchri sancti sanctorum in lucem emersio

CAP. XXVII.

QUOD è vestigio effectum est, simul atque verò, solum terræ oppletum sordibus, egestum fuit, & aliud solum, id est, locus ille monumenti ex abditis terræ sedibus eminebat, ipsum etiam venerandum & sacrosanctum salutaris Christi resurrectionis monumentum, præter omnium spem vnà emerfit, & sepulchrum, quod merito sanctissimum appelletur, resurrectionis seruatoris aptè propterea expressit effigiem, quòd post tenebrarum caliginem, quibus quasi sepultum iacuisset, in lucem denuo prodit, & illustrem sane miraculorum ibi editorum visum (qui reuera omni voce clarius, seruatoris resurrectionem testificatus est) sub aspectu eorum, qui ad illud ipsum contemplantum veniebant, subiecit.

Quomodo de extruendo templo, tum ad orientis præfectos, tum ad Macarium episcopum literas miserit.

CAP. XXVIII.

HIS rebus ad hunc modum confectis, ex templo imperator non modo sacratis legibus sanciuit, vt templum augustum circa salutare illud antrum extrueretur, verum etiam subsidiis ad eam rem suppeditatis (quippe hoc opus longo iam tempore apud animum proposuerat, attentioreque cogitatione prospexerat, quod erat futurum) illud magnifice ac splendide exædificandum curauit. Gentium igitur præfectis orientem versus habitantium mandat, vt adiumentis necessariis abundanter & copiose subministratis, opus eximium, amplum & magnificum fabricandum curarent. Quinetiam ad episcopum, qui id temporis ecclesiæ Hierosolimitanæ præerat, tales misit literas, quales synceram ac salutarem de fide nostra doctrinam planè & apertis verbis complexæ sunt; sic enim scribit.

M m 3

Vislor